

A Descripserunt has Regiones Petrus Divarus, Lovan. Joannes Goropius, Becanus; Joannes Leucius Stella, Hispanus, Ludovicus Guicciardinus: & nuper David Cythereus in sua Saxonia: denique Petrus Bertius, qui pridem relicta Calviniana pefitentia cathedra, in qua diu federat, Ecclesie Catholicæ gremio se commisit, in peculiari sua Cosmographia orbis, ubi pleraque quæ ad antiquitatem, non indocta. Ad extremum etiam eleganter, additis Tabulis, Petrus Kærius.

BELGARUM PRÆROGATIVE IN CAUSIS JUDICIALIBUS.

Generale Belgarum privilegium est, ut nullus eorum in causa Ecclesiastica, civili, aut mixta, in prima Instantia extra patriam trahi valeat, ex privilegio Leonis X. dato Romæ 3. Non. Jul. ann. M.D.XV. Et quidem Brabantis peculiare, ut nullus extra Brabantiam in jus trahi aut arrestari valeat, nisi sit fugitivus. Idque per bullam, quam vocant auream, Caroli IV. Imp. anni M.CCC.XLIX. & confirmationem Maximiliani simile indultum dedit Carolus V. 27. Julii an. 1521. Patriæ Leodiensii pro prima Instantia: cui consonat Letus introitus Brab. art. 24. Ea Bulla habet, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Princeps, aut Nobilis, cujuscunque status, in personas aut bona Brabantorum, & Lymburgorum agere possit, & eos trahere extra patriam, per arrestum, citationem, appellationem à definitiva vel interlocutoria, in causa personalis, reali, vel mixta, sub gravissimis pœnis, excepto casu denegate justitiæ, qui casus unicuique est, ut ne quidem Brabantus alibi conveniri possit, ob continentiam causæ, & quibus de rebus ad eumdem judicem iur: ita 16. Aprilis 1544. censu. Concilii Brabantie scribendum Concil. Mechl. Inhibitis, eò citatis Balduino Barbiers, & consortibus, ne comparent declinatoriam allegarent, & patriæ privilegia foris litigiola redderent. Sed nec in causa criminali Brabantus captus extra Brabantiam avari potest. *Letus mir. art. 17.* Nec in causis civilibus in arcibus ac fortalitiis includi, sed in publicis tantum carceribus, unde data cautione de iudicio liti, & iudicatio solvendo, relaxari debeant, art. 51. nisi de re iudicata exequenda agatur. Ad hæc civis Antverp. non potest in causa criminali, vel civili, aut personalis, aut super rebus mobilibus conveniri, aut trahi coram alio iudice in hoc Marchionatu Imperii, quam Magistratu Antverpiensi, ex privilegio Sigismundi ult. Maji 1427. *Hec Franciscus Zypus Officialis Antverp. in suis Analeis l. 2. de foro competentis.*

BELGI QUANTITAS, ET PROVINCIAE.

Circulus Belgicæ, computatis omnibus ad eam spectantibus, est, supputante Guicciardino, CCC. & XI. milliarium nostrarium, sive mille plus minus Italorum.

Provinciæ sunt XVII. videlicet Ducatus quatuor, Brabantie, Luxemburgi, Lymburgi, Geldrie: Comitatus VII. Flandrie, Hollandiæ, Zelandiæ, Artesiæ, Hannoniæ, Namurci, Zutphanie Marchionatus S. Imperii: Domina quinq; & Mechliniæ, Ultrajectensæ, Friburgi, Transilvanicæ, Groningæ.

De Belgarum, qua regi suo parent, Religione, Zelo, Indole, ingenio, & industria, animique candore, notiora sunt, quam ut à nobis scribantur.

DE BELGIO VETERE, EJUS SITUS, QUANTITAS, TERMINI.

Cæsar lib. 1. Belli Gall. Galliam ut armorum arbitrio subegerat, ita etiam suo illam divisit in partes tres, quarum unam à Rheno ad Matronam fluvium tribuit Belgis. Itaque D. contineri Galliam Belgicam fluminibus Rheno, Matrona, Sequana Marique Oceano scribit Cæsar, & spectare in Septentrionem, & orientem Solem Proletæus eandem definit ad Septentrionem Oceano Britannico, ad ortum Rheno, ad Occidentem Gallia Lugdunensi, ad meridiem Narbonensi, usque ad communem terminum Alpium, & Adula montis. Hinc apparet, Regionem, quam nunc inferiorem Germaniam appellamus, veteris Gallie Belgicæ, teste Guicciardino, propemodum esse semissem: Alterum ejus semissem possidentibus magna ex parte Gallis in Provinciis Picardiæ, Campaniæ, Normandiæque (è quibus tamen posteriores duæ veteris Belgicæ non in totum continebantur) nomine vulgè cognitis. Quod ex isto semisse est reliquum, id Lotharingæ, Clivæ, Juliacique Ducibus, Trevitorum, Moguntiaci, & Colonie Archiepiscopis, Cameracensi ac Leodiensii Episcopis, aliisque nonnullis Principibus atque Dynastis patet.

INCOLÆ, EORUMQUE NOMINA.

Variis hic populi Proletæo, Cællari, Plinio, Tacito: quo Belgicæ terminos, qua longissimè patet, includunt. Cæsar hos recenset: Advaticos, Ambionos, Ambivaritos, Atrebatos, Ba-

travos, Bellovacos, Caletes, Cyrefos, Centrones, Condrosios, Ebrutones, Efrisos, Gordunos, Grudios, Levacos, Leucos, Lingones, Mediomatricos, Menapios, Morinos, Nemetes, Nervios, Parmanos, Pleumofios, Rauracos, Remos, Sequos, Sveffios, Treviros, Tribocos, Vangiones, Ubios, Verocales. Plinius, & Tacitus addunt alios. Ptolemæus autè hos enumerat, & quidem hoc ordine. Ad Oceanum juxta Sequanam ponit Atrebatos, quorum civitas Regiatus. Post hos fuerunt Bellonaci, Beauvoisio, Matiani, quorum civitas Cæsaromagus. Inde Ambiani, quorum civitas Samarobriga, Huberto Leodio Cambrai: Petro Divaro, & Becano Amiens; aliis S. Quintin. Postea Morini, Flandres, quorum civitas Ternana. Post Tabudam, qui est Scaldis, sunt Tongri, Tongren in Brabantia, & civitas eorum Avacutum. Post Mosam Menapii, Geldres, & civitas eorum Castellum. Sub hisce omnibus fuere Nervii Tornacenses, quorum civitas Baganum Tournay, sub quibus Subanecti ad Orientem Sequana, quorum civitas Rhiomagus. Sub his Romandues, Veromandui, Vermandos, quorum civitas Augusta Veromadorum, Sub quibus Veslones, quorum civitas ad Orientem Sequana, Augusta Veslorum: Salions. Sub his Remi, & civitas eorum Durocororum, Reims in Champagne. Orientales hisce, sed tamen ad Boream magis, Treviri, quorum civitas Augusta Trevirorum. His ad Meridiem, vicini Mediomatricos, quorum civitas Divodurum, Metz. Sub quibus Leuci, & civitates eorum Tullum Toul, & Nasium Nanfi. Inter Mosam, & Rhenum fuere Batavi, quorum civitas Lugodinum. Quæ verò in ripa Gallica ab ostiis Rheni foris versum usque ad Obriacum fluvium, qui est Nava, spectant, sunt in Germania inferiore. Ubi collocantur Batavorum Mediterranea, Batavodurum, Vetera, Legio tricesima, Ulpia, Agrippinensis, Bonna, legio prima Trajana, & Moguntiacum. Superiora ab Obriaco usque ad Adulam montem sunt Germaniæ superioris.

ORIGO ET VIRTUS.

Quod si ad originem ac incunabula universam Belgarum gentem deduxeris, plerisque comperies, teste Cæsar, Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumque antiquitus translaudos, propter loci fertilitatem ibi concessisse Gallos, qui ea loca incolerent, expulsi. Quamquam Germaniæ vocabulum, ut scribit Tacitus, recens & nuper additum: quoniam, qui nunc Rhenum transgressi Gallos expulerunt, nunc Tongri, nunc Germani vocati sunt. Inde Cimbrî Teutonique, qui cum, antea Cæsar, iter in Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum, depositis, custodiæ ex suis VI. millia hominum reliquerunt.

E Germanis ergo Galliæ Belgæ, è potentissimis duobus populis, in validum corpus coaluere, ut & duritia Germanica, & mens Gallica, magnum aliquid obedi darent. Et Gallorum quidem fortissimi Belgæ, teste Cæsar lib. 1. comment. de bello Gall. Ejus verba non pigebit adscribere: Gallorum omnium fortissimi sunt Belgæ: propterea quòd à cultu atque humanitate Provincie longissimè abstant, minimeque ad eos sæpè mercatorum comment, atque ea quæ ad circummandos animos pertinent, important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continent bella gerunt. Nemo id potuit certius testari Cæsar.

GUBERNATIO.

Fuit Gallie Belgicæ, cum in eam Julius Cæsar veniret, Republica genere ipso Timocretica, Romana libertatis multis partibus similia. *Cæsar lib. 6. de bello Gallico*, duo Magistratus aut veteres Gallos genera proponit, alterum divinis, alterum humanis, & civilibus rebus præpositum: Divinis præfecti erant Druides, qui sacrificiis præagendis, controversis audiendis decidendisque, artibus denique, & scientiis publicè explicandis illustrandisque præterant: Hæque ob res maxima illis statuta fuisse præmia constat, privilegia, & quasi minervalia, ingenique iidem ab omnibus honos haberi solitus. In Druidibus igitur primus erat Magistratus, veteris Gallicæ Reipublicæ membrum: secundum Principum genus, secundumque Reip. gradus erat in Equitibus: unde belli gerendi principes, à populo pro ipsius arbitrio commodoque deligebantur; ac si contra facerent, abdicare cogebantur.

MORES IN SACRIS.

Cæsar lib. 7. Belli Gall. cui penitus cognita hæc natio, scribit, eam admodum deditam religionibus. Idem, Deum maxime Mercurium coluntibus sunt plurima simulachra; hinc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque inveni-

ducent:

A ducent: hunc ad quæstum pecuniæ, mercaturaque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc Apollinem, & Martem, & Jovem & Minervam: de his apollinem ferè, quam relictæ gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum ac artificiorum initia tradere; Jovem imperium cælestium tenere; Martem bella gerere. Coluisse eisdem Dianam Arduennæ cognomine, testimonio antiquum marmor est via Decia Salaria, ad septem balneas repetum, cujus inscriptionem apud Ortelium & alios videre licet. In Arduenna silva hæc maxime locum habuisse, cultam fuisse, vero est simile. Esum sive Hesium, Tencanus & Taranem Deos habuisse Gallos, Lactantius, Lucanus & Minutius Felix memorant: sed Martem, Mercurium, Jovem, hos plerique docti interpretantur.

Belenus Gallorum Deus est, apud Aufonium, qui Belis apud Herodianum in Maximinis; idem fortè cum Tibilene Tertullianus in Apolog. nisi vulgari codices sint vitiosi, & ex membranis reducendus ibi sit Belenus. Hic qui Græcis alii- que Apollo putatur fuisse. Colebatur & apud Gallos Abellio, quoque ætate veteri inscriptione adducit Joseph. Scalig. Herculem etiam Ogmii nomine coluisse Gallos, auctor est Lucian. in *Hercule Gall.*

Galli aut veteres Deos suos in dextrâ converti adorabant, teste Ath. Sic Plin. l. 28. c. 2. In adorando dextrâ ad osculi referimus, totumque corpus circumagimus, quod in levam fecisse, Gallie Religiosum credunt. Diis homicidio aliisque rebus sacrificabant, Marti imprimis, teste Cæsar, qui ita: Hæc, cum prælio dimicare constituerent, ea, quæ bello ceperunt, plerumque devotent, quæ superaverunt: Animalia capta immolant, reliquaque res in unum conferunt: multis in civitatibus earum rerum extructis tumulos locis consecratis conspiciant licet: neque sæpè accidit, ut, neglecta quicumque Religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere audeat: gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est. Scribit etiam Diodorus, Gallos, quum de rebus magnis consultant, mirabilem incredibilemque habere consuetudinem: hominem enim immolantes ferre enic super septum transversum, quò decedente, eum ex membro dilaceratione, exque sanguinis fluxu novisse futura.

Apud fortium virorum busta oraculorum captandorum causa abnoctare solere, scriptum reliquit Tertull. de anima, Nullum autem Gallis vereribus sacrificium erat sine Druidæ, inquit Diodorus. Hi Gallorum Sacerdotes fuere.

IN PROFANIS.

Gallos ad Concilium armatos venire solitos, prodit Liv. l. 3. In his (loquitur de Gallis nova, terribilisque species visa est, quòd armati (ita mos gentis erat) in Concilium venerunt. *Strabo l. 4.* addit, in Belgarum consiliis usitatum fuisse, si quis orantè interpellaret, progrediens Minister publicus districto gladio, adjectivè minis, silentiū imperabat: quòd si non adjectivè, idè iterum tertiumque faciebat: denique de lago interpellatoris tàm impetabat, ut reliquum inutile redderet. De ipsa porò re audiamus loquentè Cæsar: Gallorū, inquit, subita repentina consilia: in consiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus fudent. Est autè hoc Gallicæ consuetudinis, ut & viatores etiam invitos consistere cogant, & quod quique eorum de qua re audierit, aut cognoverit, quarant: & Mercatores in Oppidis vulgus circumstant, quibus ex regionibus veniāt, quosque ibi cognoverint, pronunciare cogit: & his rumoribus, atque additionibus permoti, de sum-

mis sæpè rebus consilia ineunt: quare è vestigio penitete necesse est, quum incertis moribus serviāt, & plerique ad voluntate eorum facta respondent. Sic ille. Eadem ferè de Gallis scribuntur apud Polybium, Orosum, Trebellium, & Vopiscum.

Hoc etiam ad curam rerum publicarum pertinere arbitror quod notat idem Cæsar, Gallos, ubi major, atque illustrior res incideret, eam clamore per agros regionis; mira celeritate significare solitos; hinc alios deinde excipere, & proximis tradere. De fortunæ eorum in bello, supra quædam diximus. In rebus privatis etiã privatos mores habuerunt. Liberos suos, ut scribit Cæsar, nisi quæ adoleverint, ut munus militiæ sustinere possint, paucè ad se redire non patiuntur; nisi in puerili ætate in publico conspectu patris adfuerit turpe dicunt. Viri quantas pecunias, eodem referere, ab uxoris dotis nomine acceperint, tãtas ex suis bonis æstimatione facta, cum dotibus communicant: servusque omnis pecuniæ conjunctum ratio habetur, fructusque servantur. Uter eorum vita supererit, ad eum pars utraque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sicut in liberos, vitæ necisque habent potestatem. Funera sunt Gallis, ait idem Cæsar, magnifica, & sumptuosa:

L. B. Theatr. vitæ hum. Tom. I.

omniacque vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt. Et etiam animalia: paulò supra hæc memoriam servi & clientis, quos ab his dilectos esse constabat, justis funeribus confectis, unâ cremabantur. Sic Mela: Cum mortuus cremant ac defodiunt apta viventibus olim. Negotiorum ratio etiam & exactio crediti differrebat ad inferos. Erantque, qui se in rogum suorum velut una victuri libenter immitterent. In defectorum pyras epistolas scriptas quosdam conjecisse *Diod. ait. Val. Max. l. 2. c. 1.* hæc habet: Mos vetus Gallorum occurrit, quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare solitos: sed Philosophiam fenecatoriam idem hæc vocat. Domicilia, teste Cæsar, plerumque in sylvis, aut circa flumina, ætus vitandi causa, & æque de scandulis robustis, aut stramentis, Vitruvio; è tabula & cratibus rotunda, testudinumque instar construere, magno imposito fastigio, tradit *Strabo*, stipula verò tegere *Plin.* Fictilia porò in ulu habebant, densa, ac floribus distincta. *Diod.* Conabant sedendo omnes, non in sedibus, sed in sole super strata Luporum aut canum pellibus, in toris apud Strabonem. Ministrabant eis pueri juniores, ætate tenera. Juxta eos ignes fiebant: iisque apposita viscebantur olla, & quæ vambibus plena, maxime stillis, tam recentibus, quam falsis; sed & omnis generis carnibus: plerumque vero cibus erat cum lacte, ut scribit *Strabo*. Locuples vinum bibisse ex Italia petivum, vel Massiliensium regione, referit *Ath.* *Plin. l. 22. c. 29.* *ul.* Ex Hordeo potum, quem Zytham appellabant, fecisse, & ex aqua, in qua solum mellis lavarent, tradit *Diod.* Quod ad vestitum, Saga ferebant, eaque densa ex lana terebant, Lanæ vocantes. *Strabo.*

BELGII STATUS QUOD RELIGIONEM CHRISTIANAM OLIM, HODIEQUE.

Vbi de illius Exordio, incremento, propagatione, Prædicatoribus, & Apostolis Belgarum. Pleraque ex observatione Joannis Molani, Theologi Lovan. que est adjuncta indiculo Natalium SS. Belgii: Et Annal. rerum Belg. Ambricii Miræi, Sigeb. Becan. Flævi & aliorum.

CHRISTIANISMI APUD BELGAS ANTIQUITAS, ET PROPAGATIO IN GENERE.

Quo tempore Apostolorum Princeps, cui Dominus ovile suum pascendum commiserat, Romanam cathedram primus illius Episcopus & Christiani gregis Pontifex occupabat, non defuere viri Apostolice in omnem terram ab eo missi, qui Evangelii semen etiam cum vitæ periculo passim spargerent, & Christo tanquam Domino messis, quæ multa eo tempore erat, plures per Evangelium filios parerent. Certe regnante Claudio, quando Agrippina ejus conjux ad Ubios Rheno adjacentes, unde ea orta fuerat, Coloniam deduci imperavit, & Coloniam inde Agrippinam nuncupavit, *Cornel. Tacito l. 12. Annal.* auctore, etiam SS. Eucharis, Valerius, & Materius à B. Petro in Galliam prædicandi Evangelii gratia ab urbe destinati, Treviros, Tungros, & Ubios, ab Idolorum cultu ad veri Dei notitiam perduxerunt. Inter Belgarum autem populos Tungu numerantur ceti primi & antiquissimi, fuitque hic prima Episcopalis sedes ante Trevirensis, quam Materius S. Petri discipulus inivit primus, ac novem in serie Trevirensium Episcoporum recensentur, qui Tungrensium Ecclesiam unâ cum hac tulerunt, ut observat in *Appendice sua Chronol. Molanus.* Et quamvis Ecclesiæ status sub hæc initia fuerit debilis, cum ob frequentes persecutiones, tum ob gravia discrimina, quæ incurrebant Christianam religionem professi: tamen fructificasse & crevisse toto orbe, adeoque hic etiam supra modum Dei verbum, de quo incremento Apostolus gaudet ad Coloss. scribens, constat evidenter, ex quo an. Christi 196. M. Antonio Aurelio imperante, Marcomanni, & alii Germaniæ populi, adversus Romanos bellum moverunt, & Christianorum militum precibus insignis victoria obtenta fuit, quam ipse M. Aurelius scriptis ad Senatam literis tantopere celebravit, ut etiam in illos, qui Christianos accusantur, animadverti jusserit. Cujus etiam rei testem habemus Tertull. ad Scapulam & in Apologet. Exemplar autem literarum apud Justinum martyre exstat in Apolog. ad Antoninum Pium, meminitque histor. *Ensebi. in Chron. & late Orosius l. 7. c. 15.* Fuit autem integra Legio à fortitudine Fulminatricis nomen habens, quæ maxime ex Christianis constabat militibus, quorum cum conversio fit difficilior datur intelligi, jam per eam Provinciam, quæ Belgio contemina, fidei Christianæ femina pullularet, imò & fructum afferre coepisse: adeoque ad literam granum sinapis in agro Dominico jactam, in arborem crevisse, rigantibus illud

Eccle

clo-

A eloquiorum celestium imbre sanctissimis Episcopis, qui Martino, Navito, Marcello, Severino successerunt, videlicet Martino, qui & Hasbaniam in fide retinuit, & Valentino Tungrorum Episcopis: obiit autem Bisse Martinus ann. 276. ut notat Molanus. Succedit postmodum in Imperio Diocletianus ann. 284. & regnavit an. 20. adscito in collegam Maximiano: verum sub his gravissima Christianorum existit persecutio: non defuerunt tamen, qui eos animarent ad martirium, & in fide constantiam. Adiere Gallias Quintinus, Crispinus, Crispiniano, Victorius, Regulus, Piatu, qui Ambianensibus, & Morinis Christum predicaverunt, & quibus Victorius cum Fusciano, sub Ricciovaro Præfide, gloriofo martyrio coronati, Ambiani.

Anno deinde 300. & 6. Constantinus imperare cepit, & sub illo persecutio cessavit Paganorum, nisi quod Arianæ hæresis scintilla Ecclesiam popularetur. Florebat eo tempore in Belgio Servatius primus Tungrorum proprius Episcopus, & coactum fuit Conc. Colonie adversus Euphratem Pseudo Episcopum Arianum, cui ille interfuit. Sedem autem Episcopalem transfudit Trajectum: ubi etiamnum illius reliquiæ.

B Subsecuta est mortem S. Servatii abominanda vastatio Galliarum per Vandalos & Hunnos, à quibus Christi Ecclesia multum in Belgio paffa. Nam & Tungræ ab illis excisi, nunquam præstam fortunam recuperare potuerunt. Excepit ruinas Hunnorum & Gothorum Atrila, qui vocari voluit flagellum Dei. an. 453. qui, quidquid priores intactum reliquerant, pessedit. Verum factus ab Aetio Romano, in Italiam concessit. At florebat tunc Neceus Episcopus, & Eleutherus Episcopus, Tornacensis, qui Blandini an. 9. & Tornaci 36. refedit, ac Synodum ibidem contra Acephalos hæreticos celebravit, & Tribunal Scandienfem à Gentilissimo convertit, ac longe lateque illis locis fidem propagavit. Cæterum sub Clodoveo primo Rege Christiano Galliarum, qui postquam an. 30. regnasset, obdormivit an. 515. Catholice fides stabilita, incrementum sumpsit, S. Vedasto, qui à B. Remigio Rhemensium Primatem constitutus est Episcopus, Atrabatenfium, et postea ann. 40. gubernavit, ipsam Clodoveum Christianæ doctrinæ fundamenta edocente.

Clarebat sub eodè, & illius filio Childeberto, ac fratre Clotario, qui an. 50. rorari potuit, Domitianus Trajectensem, Me- C dardus Noviomensium, Tornacensium Episcopus. Post hos Gaugerius, translata prius sede Episcopus Atrabato Cameraeum, in prædicatione Evangelii indefessus ann. penè 40. fuit. Cui & in eadè functione Amandus Ducis Aquitanie filius, mente à Deo per revelationem mota, se comitem junxit circa an. 600.

Regnantibus deinde Clodoveo II. & Clotario III. usque ad an. 670. mirum in modum sefe dilatavit apud Belgas Religio, omniaque idololatriæ germina evulsa pluitibus in locis. Nam & Belgium suas habebat diocæses, & qui illis præerat, viri erant verè Apostolici: quorum plerique Martinus I. Pontif. miserat tanquam cooperatores B. Amandi, qui regimen Ecclesiæ Trajectensis accepit, & an. 661. demum obiit.

AMPLIOR CONVERSIO BELGARUM, ET FIDEI apud illos propagatio in particulari.

Per ea tempora Cameraci floruit Aubertus Episcopus, per quem Hannonia Christi religionem amplexa fuit, Vincentio illius Provinciae Comite habitum monasticum, relicto militiæ balthico, assument. Ejus etiam impulsu plerique illustres verbi præcones ex Hybernia, cuius ille gubernator fuerat, eò appulerunt. Erat tum insuper in Apostolica functione Gislemodus propè Montes Hannonie Metropolim, cum discipulis suis Lamberto, & Berlerio. Tornaci, sive Noviomis clarebat Aicharius Antistes: qui mortuo an. 647. successit Eligius, qui fuit Flandrorum & Adriaticorum Apostolus, usque ad an. 660. supra alios sedulus. Livinus etiam à Scotia Gandavum venit cum tribus sociis, & per Flandriam & Brabantiam verbi prædicationi usque ad martirium opportunè importunè insistit. Eorundem Provinciarum conversioni graviter incumbentibus ali viri sanctitate & vitæ exemplo conspicui. De quibus consule Natalis S. Belgii Molani. Pipino Brabantie Duci à consilio erat Arnulphus sanctus. Metatum Episcopus, atque eo mortuo Canebertus Colonienfium Antistes, quando S. Amandus Evangelii rete explicabat, potissimum propè Nivellâ & Bruxellâ. Erat hic Gertrudis virgo Pipini filia, multo- rû cœnobiorû fundacione nobilis, & sanctitatis nomine celebris. Ite Gudula etiâ virgo. Rainildis virgo & Martyr. Santhis, & plures utriusque sexus, cum viri, tum feminae, pietate insignes, & zelo promovendæ Christianæ religionis incensi.

Amandus Flandros, Brabantos, Hannonensium dum convertere aggreditur, Audomarus Morinos relapsos in Idolola-

triam, ad Christi jugum reducit, & moritur an. 595. postquam tres viros religiosissimos, Bertinum, Mommolenum, & Betrammum, sanctissimi operis advocasse videtur.

Primus autem Frisiorum, sive Frisonum Apostolus traditur Vvillfridus Episcopus Eboracensis, à suis pulsus, dum Romam tendit. Flante enim Favonio Frisiam appulit, ubi comiter exceptus, Regem Aldgislum, & plura milia carechizavit, ac salutaribus undis abluvit, menses aliquot in ea functione emensus: quam postea Vvillibrordus, Trajectensis inferioris Episcopus, de quo paulò post, complevit. Insuper Lambertus Tungros, Trajectenses, Mosanos, & Eburones instruxit, quonvis ann. 7. in exilium ejectionis, utpote per Pipinum honoris & sedis restitutus. Qui tamen cum mox in fœdum aditertium incidisset, fureque gloriæ eam maculam induceret, & nequiquam Lambertus eum revocare à scelere laboraret, vir sanctus à fratre pellicis Leodii interimitur, ann. 698. Habuit in Cathedra successore Hubertum Bertrandi Aquitanie Ducis F. qui insinuos ad fidem convertit, in Brabantia potissimum, ubi etiam diem suum clausisse perhibetur; postquam celo revelante, corpus S. Lamberti, unâ cum Sede Episcopali, in villam Legiam sive Leodium Trajecto transfudit: circa annum 734. ad demortui locum obtinuit Floriberus. Igitur sub Pipino, & Aldgislis Principibus, Frisones per Anglos èd missos, unâ cum Hollandis & Geldris, fide Christi imbui fuerunt. Quippe S. Egbertus eorum gentium saluti invigilans, duodecim Christi exemplo elegit tanquam Apostolos, quos simul anno 600. & nonagesimo ad has partes transmisit, qui populum hunc non satis instructum, imò sensim ad idola relapentem, confirmarent, eiq;ne viam salutis panderent. Nomina autem illorum hæc referuntur à Molano, Vvillibrordus, Sibirbertus, Aca, Vvigbertus, Vvillibardus, Vviniboldus, Lebumus, Euvaldus niger, Euvaldus albus, Vverentridus, Marcellinus, Adeburtus, qui omnes Ultrajectum appllere, & honorifice suscepti fuerunt. Ex his Vvillibrordus & Sibirbertus, communi decreto electi, ut in Episcopos consecrarentur. Eaque prope Vvillibrordus à Pipino Rege missus est Romam ad Sergium Papat, qui eum anno nonagesimo sexto Clementem tranfnavavit, & Frisonum Archiepiscopum consecravit. Qui in tanto honore habuit Pipinum Princeps, quòd et Successoribus regali donatione contulerit Trajectensem civitatem cum omnibus appendiciis. In fundo Basilicæ S. Thomæ constituit cenobitium Canonicorum collegium. In oppido Rhenensium fertur velle corpus S. Canece. Laboravit etiam extra Frisiam. In Lotharinga enim discipulus habuit sanctus, Herlindus & Relindus, Sanctimonialia apud Masefeie: quæ nunc Leodii annumerant. In Flandria convertit Hulstenses, Alexanos, Hahenses, Brishtanos. Treviris in Ecclesia B. Marie ad martyres instituit monasterium Benediclinorum: in quo Altare servatur portrite, quo usus est in gentium conversione. Epiternaci apud Luxemburgos monasterium construxit celeberrimum, in quo sepultus est an. 736.

S. Suuibertus coepiscopus S. Vvillibrordi, consecratus est in Anglia, an. nonagesimo quinto: & multos convertit in Trajectensi patria, Hollandia & Geldria, potissimum Vvitic, Hagelltem, Alcmariam, Vvaterlandiam, Gorconium, Bommeliam, Tielam, Heusdam, Buram, Batuum, & alia loca. Moniatur Apostolus Tellerbandia, Vvestphalia & Boructuariorum. Obiit anno septingentesimo decimo, sepultus in Vverda Cælaris ad Rhenum, ubi H monasterium construxerat, ex thesauro Principis Pipini, cui præfacerat S. Vvileicum Evangelicum Sacerdotem, Canonicum conventus novellæ Trajectensis Ecclesiæ. Acca in Angliam abiit cum S. Svwitherto, quando in Episcopum Frisæ consecratus erat: sed redeunte Svwitherto ipse ibidem tensus est, & in Episcopum Lindisarnem consecratus. Vviggbertus in Fosthlandia Frisius continenta scribitur martyrizatus, à Radbodo Frisonum Rege, jam pridem per Pipinum expulso. Idem fertur occisus S. Engelimundum martyrem. S. Fratres Germani Vvinibaldus & Vviniboldus Aistradam commigrarunt apud Germaniam. S. Lebtinus Transilvanos convertit, apud quos in Dventria quiescit. S. Ewaldi Nabiam introentes Christum concessit iunt, & ab antiquis Saxonibus gloriofo martyrio coronati. S. Vverentridus multum populam ad fidem convertit, potissimum in Vvestfoert apud Arnhemium, & in Eiste apud Neomagum. S. Marcellinus sexaginta quinque annis indefinenter prædicationibus, & conversionibus gentium insudavit, potissimum in Trenta, Tuventa, Nudenzee,

A & Daventria. Adelbertus Levita, & primus Trajectensis Archidiaconus, fidem prædicavit, potissimum in Kenematia, in qua corporalis quietis locum habuit ad Egmondanum monasterium: circa quæ tempora etiam Ingelmundus presbyter Anglus, & Ordinis S. Benedicti Abbas, Kenemariis verbum vite administtravit. Erp post multos labores, quietem in Velsen accepit temporalem. Habuit etiam S. Vvillibrordus in Frisonum conversione cooperatorem S. Polfrannum, Episcopus Senonenfem. Is enim anno septingentesimo, eum licentia Childeberti Regis, & Pipini Principis, Frisonum genti quinque annis infatigabiliter prædicavit, & multos, abrenuntiata forde idololatriæ, fidei fonte abluat. Venenit etiam ex Scotia ad Pipinum S. Vvira Episcopus, S. Plehelms Episcopus, utraq; Romæ ordinatus, & S. Otgerius Levita: quos summa veneratione excoluit, & locum habitacionis eis dedit Petri-montem apud Ruremundam: Vvironem autem & communibus consultationibus adesse voluit, & Confessarium suum habuit.

CONTINUATIO STATUS ECCLESIASTICI IN BELGIO, USQUE AD NOSTRA TEMPORA.

B Deventum erat in prioribus ad usq; tempora Caroli Martelli, qui ex Alpaide Pipino filius & hæres natus fuerat, annum videlicet DCC. XIV. quando in Belgio durius habuit ab eodem Rigoberto Rhenensium Archiepiscopus, qui illum baptizaverat, & Eucherius Aurelianensium Episcopus, quòd illi causa perperantem redarguerent, portisque suatum urbium excludendum pronuntiarent: qui etiam Martellus Amelbergæ & virgini Divarum catalogo annumerat, & brachii os multaverat, dum eam ibi in sponsam rapere conatur. Clara tamen illo regnante, Sigismus Episcopus, Alciaci apud Morinos extinctus, Gradulphus Episcopus Cameracensis, Ercenbada Episcopus Morinensium, & Hibernus sanctus Episcopus, Leodiifis. Carolus tertius hujus nominis Pipinus successit an. DCC. XLII. cum Carolomanno, qui in monasterium relegatus fuit. Ille verò, postquam annis IX. regnasset, in Franciæ Regem electus, negotium Catholice Religionis sedulo promovit. Prædicabat ea tempestate Metenfibz Godebrandus, Fläiris prope Tenerendum Gildanus, Ffisis Bonifacius Episcopus zelosissimus, quumvis non ubiq; cessaret persecutio hæreticorum Iconoclastarum, qui Constantinii Copronymii Imp. errores tenebant, & aliorum imitatorum. Et circa hæc tempora clarebat Lyta in Brabantia S. Gummarus: Gela in Campinia, Dymnia virgo, postea martyre: & alibi ibidem Oda virgo, quorum vitam Molanus descripsit. Venimus ad Imperium Caroli magni, qui regnum Franciæ, & Brabantie Principatû, patre Pipino mortuo, anno DCCLXVI. obtinuit, & XIV. annis post, Imperatoris Romani titulum accepit. Eo autem regnante, Kumoldus Scotia R. Fil. Dublinensium Archiepiscopus, Mechliniensibus; & Gregorius Trajectensis Episcopus, Frisonibus prædicabat. Quamvis huic Ludgerus Episcopus, Monasteriensis Daventriæ, & apud finitimos populos le soecum in ministerio verbi junxit. Sub idem tempus S. Salvois Episcopus, Aquitanie cum suo discipulo, à filio Fisci Valencinensium trucidatus, palmam martyrii accepit. Mortuus est Carolus An. DCCC. XIV. & Ludovici scipris potius, eaque tulit ann. XXI. usque ad annum DCCCXL. Vixit tunc sub isto Fredericus Trajectensis Episcopus & Martyr, Vvalachiorum Apostolus, ut qui ibidem adversus vago canubia, pestemque Atrianam indefessum se præbuit, & Ludovici ipsius nuptias cum Juditha côsanguinea incestus infimulavit. Quòd causam Trajecti inter Missarum solènia oculis creditur. Etiam Odulphus Canonicus ibidem, multos ad veritatem prædicatione perduxit. Clarere autem tunc plures Sancti utriusque sexus in Belgio, quorum exempla & doctrinam sit i populus proponebat, abjecto Atrianorum & Hæreticorum errore. Inter quos numeratur Arnulphus miles & martyr Veronus & foror ejus Verona, non proci à Lovanio sepulta: Anstharinus Archep. Hanburgensis, & plerique alii. Sub Ludovico autem Imp. cepit vastatio sevissima, que per Belgium & Galliam univerfa facta est à Normannis & Danis, cujus meminit Sigebertus in Clronico ad annum DCCC. LXXXVII. & sequentes. Quando etiam Baldvinius Ferrus totam regionem, quam nunc Flandriam dicimus, in dotem accepit, cum titulo Comitiss regni Francorum, & similibz honore decorata est Hollandia, qui datus primas Comes Theodor. Frisius: ut ita conjunctis viribus sese Barbaro hosti opponerent. Duravit autem ea strages annis plusquam centum, quibus univertæ hæc Regiones feritè & igni vastate, se ut Religio multum angustilaretur, fugatis passim Pastoribus, & Ecclesiis ac cœnobis paulò ante extractis priorum beneficentia, solo æquatis, S.

L. B. T. beatr. via e hum. Tom. I.

etorumq; pignoribus humi defossis, aut ad tutiora loca translati. Hoc tempore Turnio (oppidum erat haud procul ab arce Antwerp, nunc vicus ignobilis Deurma appellatus) reliquit S. Fredexandi aliò portate, ipsaque urbs miserè lacerata, sic ut vix ullum illius vestigium superesset. Florebant nihilominus Fulginius Morinorum, & Hunevridus item Joannes & Theodoricus Cameracensium Præfules. Ultrajecti resedebat Rabobus, sed Daventriam profugerat propter desolationem. Plurimi quoq; variis locis ab immanibus hostibus occisi animâ Deo reddiderunt. Nondum expleta Nordmandorû crudelitate, supervenerunt Hungari mortuo Imperatore Arnulpho, & annis L. in has Regiones debacchari, omnia ferro ignique tradidere. Sed ab Orbone primo prohibiti, nè ultra pergerent etiam motis Guiberti viri Apostolici auscultate periq; illorum ceperunt, Christiq; fidem amplexi fuerunt. Gerardus verò Abbas Brionensium fundator monasterii, plura cœnobia everta instauravit, & Reliquiis factis decoravit. Exulbat tû quoque Dunsfannus Dorobernensium Episcopus. Gandavi, sed mox Edvino Rege pulso, ab Edgardo succettore restitutus Ecclesiæ suæ fuit. Annus millesimus erat, d. Macarius Patriarcha Antiochenus peregrinationem in Belgium suscepit, in quo & vivus & mortuus miraculis claruit. Obiit Gandavi lue epidemica, ejusq; corpus per Episcopos elevatum, præfente Philippo Francorum Rege, ann. ab obitu circiter LV. à Verbo Incarnato MLXVII. Vivebant hæc tæpestate Vvolbodus Leodienfium clausus Episcopus: Conradus verò Trajectensium Episcopus. An. MXXIX. casus, uti & Thomas de Argentoio Atrabati præpositus. Verû Arnulphus Sveffionensium Episcopus, accepto militiæ cingulo, multa in Brabantia & Flandria litium diffidia diremit, & pertæus militiæ secularis, Abbas monasterii S. Medardi Sveffionæ renuntiavit tandè fuit. Dum autem hec in Belgio agitur, Satacenorû furor Palesium imminet; jamq; sanctam Civitatem, & loca vicina suæ potestate fecerat, nomenq; Christi è terra illa eradere laborant. Ecce Godofridus Billonius, Lotharingæ Mofellanæ Dux, & Marchio S. Imperii in Brabantia, ad expeditionem hæc fe obruit, tætraq; san- ctæ recuperandæ animam adjeat. Itaque crebris Antwerpice que Marchionatus istius caput, XII. Equitibus, & totidè Saccellanis, qui in Ecclesia S. Michaelis cum unico Pastore residebant, in Canonico & Præpositum crectis & datus, sub annu M. XCVI. Hierosolymâ magna acritate unâ cum aliis Principibus profectus, memorabiles triumphos egit, & primus Hierosolymorum Rex omnii assensu creatus, postquæ ex recepta expulsi Satacenis fuerant. Cæterum vix anno integro superstes, fratrem Baldvimum habuit tum regni, tû virtutis succelsozem, anno circiter M. C. primo. Erat ea tempestate in territor io Antuerpiensium quidam hæreticus Sacramentarius Tachelinus, vir potens, qui hæresi sua incolas istos ita dementaverat, etiam pertractis per violentiâ in suos errores, ut SS. Eucharithiæ Sacramentum palam exponi, necdum adorari posset, aut percipi. Cujus improbitatis dum fe opponunt Præpositus & Canonici S. Michaelis paulò ante instituti, evocarunt in auxilium, de consilio Burchardi Camerar. Episcopi, Norberti per ea tempora celebrem cœconatorè, & novitiî ordinis candidi, què Premonstratensè vocamus, Fundatorè eximium; idq; sub annum M. CXXI. qui tribus locis comitatus, Tachelino ante occiso, venit, hærcism ferpentem compellent, & divino illi Sacramento debitam fidè & honorè rependere docuit. Cujus beneficentia memores Præpositus & Canonici præfate Ecclesiæ S. Michaelis, inaudita liberalitate, Norberto, ejusq; sociis Ecclesiam suam & domicilia, cum agris adjacentibus, anno M. C. XXIV. cessavit, & proventus 4. præbendarum pro eorundè & successorum sustentatione in perpetuum attribuerunt. Sunt; hæc primordia & fundamenta celebris Abbatiæ S. Michaelis Antwerpice. Ipsi verò cum octo residuis Præbendis, & Præposituræ suæ integritate, ad Sacellû B. Mariæ in oppido ipso fe receperunt, ubi relicto priori nomine S. Michaelis, sub titulo Canonicorum S. Mariæ, aucti ad numerum XXIV. & Episcopali cathedra insigniti, etiamnum residet. Eodem tæpore Bernardus mellissius suis sermonibus etiâ Belgicam Ecclesiam illustrabat, variazq; sui instituti, uti & Norbertus jam Magdeburgenfium Antistes & Germaniæ Primas renuntiavit strenuè faciebant, monasteria excitabat. Haud diu post Carolus Flandriæ Comes passissim Brugis trucidatur anno M. C. XXVII. & Rupertus Turiensium Abbas moritur, an. XXXV. ac deinde an. XLVIII. Sanctus etior Dñi N. per Theodericum Alfatium Comitem Brugas delatus est. Proximum seculum XIII. decorantur præcipuè Maria Ogniacensis, Theobaldus Archidiaconus, Leodiensium, qui ad summum Pontificatum abens electus, Gregorius X.

Ecc 2 nomen

A nomen obtinuit, & Conc. Lugdunense pro recuperanda Palæstina à schismaticis Grecis indixit: & Simon quidam functione opilio, ea tamen sanctitatis opinione, ut an. 1225. ab Innocentio III. ad Lateranense Concilium fuerit evocatus. Sed neque remissit se fervor fidei subsequenti seculo 14. quin viri religione, & pietate præstantes Belgicas dioceses illustrarent, & certarim Ecclesias, ac cœnobii divino cultui & Sanctorum honoribus, fideique incrementis quibusvis locis erigerent. Quando & Gerardus dictus à pietate Magnus, Diaconus Trajecten, qui obiit anno 374. bonæ voluntatis fratres collegit, & instituit, qui in describendis sacris Annalibus, Patrumque laboribus desudarent. Quorum etiam monumentis pleræque Bibliothecæ hodie ornantur in Belgio. Habuit hoc etiam seculum Petrum Luxemburgensem Episc. & Card. qui die suum obiit an. 400. usque ad 1500. status Ecclesiæ Belgicæ satis tranquillum fuit. Habuit tum Gandavum Coletam virg. piè viventem Ruremunda Dionysium Carthusianum multis revelationibus, scriptisque celebratum: Scheidamum Batavorum Leduam virg. longo membrorum martyrio eum aurum in fornace excoctam: ac alios plures aliæ civitates, quorum memoriam factaque reliquias subsequenti seculi procella obruit, & oblitteravit, scriptis interea in libro virg. eorum nominibus. Ingrederetur seculum 16. & cū eo spectacula adimus tristem Tragediarum, quas primum in Germania & Gallia, & ex hinc in Belgica Ecclesiâ excitavit novæ hæresis ab Inferis evocate, Martino Lutero & Joanne Dalvino Apostatis Ducibus, furor (sub an. 1520. & 37. quamvis usque ad an. 1566. in Belgio status Ecclesiasticus fuerit satis tranquillus: præterquam quod in Westphalia Anabaptista portentoso Lutheri ovo exelusi, Monasteriensem Republicam invaserint, constituto sibi Rege & Propheta, Joanne quodam Beukelatio, furore Leidensium Batavo, homine nihili: ac templa omnia & cœnobii diruerint, magistratum & sua colluvie coæservarint: eamque civitatē novam, & electam à Deo Hierusalem, blasphemio ore nuncupabant, habebatque Rex iste commentitius concubinas 13. juxta Pontum Heuterum. Surrexerunt eodem an. 35. Fanatici quidam in Hollandia, qui concessis arboribus è caelo cibum expectabant, sed fame simulante ad penam confugerunt. Verumtamen eam fecerit Episc. Osnaburgensis, & alii innumeri milite pessidantur. Siquidem invictus Romanorum Imp. Carolus V. & Philippus ejus filius, cū non ignorarent vicinas Regiones novis de Religione dissidiis laborare, de illis coercendis serio cogitabant, eique rei curam Philippus in Hisp. cedens Ordinibus Provinciarum commisit. an. 1559. Rege in Hispania digresso, factiones in Religione ortæ in Gallia, oppositæ Catholicis Hugonotæ, ab Hugone Calvinista in famam ita dicti. Ex his plerique circa Tornacum ad silvas urbi vicinas concionare, & cœtum inutilium ac minima fortis personarum convocare ceperunt.

Quibus intus obfistendū ratus Philippus, novos in Belgio Episcopos instituit, & à Cameracensi ac Leodiensi Episcopo plures Provincias eximendas censet: ac præter Lovaniensē, insuper aliā Academiā Duaci erigendam decernit, quorū etiā utrumque, ad optatum finem multis contradicentibus deductū fuit. Interea Valencenis, & alibi, Novarotibus sit aditus ad concionandum, ac plures conjuga cum iisdem inere. Et quamvis œcumenica Synodus Tridentina an. 1563. absolutā, circa capita novitatum Hæresum sententiam suam pronuntiasset: nihilominus eodem anno, & aperte tertio post nobiles quidam magno numero factionem concitant, & cœsitiæ libertatem clamant, eamque sibi permitti à Parmensi Governatrice, exhibito libello, postulat. Hæc omnis incendiū & rebellionis velut scintilla, mox Religionem & Regionem omnem depopulata est. Sevitur tandem in tēpla & imagines sacras inupnē, per scurras aliquot, quos ob id Gueufios, Gallicæ Gueus, quod mendicos sine nebulones significat, appellarunt, inventore hujus Tiruli Barlamontio Comite Catholici. Deinde contra Religiosos & Ecclesiasticos cujusvis ordinis & status crudeliter actum, ut ann. unico 72. plures Belgas martyriū libere arbitretur Molanus, quæ reliquis retro actis fuerunt. Sicut enim hic furor crescente eorū rebellionē adversus Deum & Regem, sic ut toto penè Belgio exularet Catholice Religionis exercitiū, omnibus passim Ecclesiis contaminatis, direptis, Sancti Domini sine lege, aut modo, pro cuiusque libidine conculeatis, & profanatis. Paucæ enim civitates in fide persistant, templaque sua inviolata esse volebat. Donec tandem Alexandri Farnesii inelytri Ducis & Proregis vires, compressa Rebellionis insolentia, & ad angulum aliquem, Hollandiam scilicet & Zelædam, est rejecta, ubi aqua-

rum presidio etiam hodie se continent, nisi quod Frisicæ partem, & pleræque alia prioribus adjecerint. Reliquum Belgii pulvis ignorantia & exoritur tenebris, amissum fidei lumen tanto splendore recipit, ut cum reliquis Christiani orbis Provinciis jure deceret, si non alias qualcumque, antecelset, possit, in pietate, ornatu Ecclesiarum, Religioforum totiusque cleri honestate & continentia, exercitiis denique, & officiis Ecclesiasticis ad omnem devotionem, Deique honorem provocandum comparatis. Quin & inter ipsosmet Religionis hostes, tota præsertim Hollandia & Frisia, quamvis nec alibi desint, Ecclesiæ in optimis quibusque fovetur, crescitque in dies, licet à publico exercitio pietatis illius Filiū arceatur. Quod tamen omni Novatorum cunctis tandem Sectæ, & nuper etiam Judæorum, neque dubium, quin & Mahumetanis locis dandus aliquando, colluvie permiscu. Tanti apud illos, Ecclesiæ Romanæ vim & calumniā inferre. Claruerunt autem in Belgio hoc tempore insignes pietate, & eruditione Episcopi, Ruardus Tapperus, Cornelius Janfenius Lindanus, Petrus Simonis, Franciscus Sonnius, alique qui prædicatione sua & scriptis mirificè conati sunt revocare, quod abjectum erat, & consolidare, quod confectum & debile. Et quidem nuper Serenissimi Principes Albertus & Isabella Belgie peropportune dati, eorum luminaria quædam magna Ecclesiæ firmamentum ibidem, raro exemplo, non uno splendore illustrant, excitatis eorumdem munificentia, & religione cœnobii, dicatis Deo & Sanctis sumptuosissimis Ecclesiis, officiorum Ecclesiasticorum formulis, & Religioforum ordinibus utrobique ad meliorem novam revocatis. Quæ pietatis exercitia Mathias Hovius Archiepiscopus Mechliniensis apud eisdem Principes fovere, & sedulitate sua, cum se Belgicæ primus Pastorem non ignotaret, promovere non desistit. Sic ut inferioris ordinis Procetres exemplo Principi summatim, etiam ad illa mentē nervosque serio intendentes. Interea Calvinistæ, qui primas inter Rebelles Federatos obtinent, post pactas cum Belgarum Principibus inducias anno 1609. Hæreticorum recepto more, bifariam ab invicem dissecti, inter se digladiari ceperunt, totam aliquamdiu citra doctrinā Prædeterminationis divine alterationem, à Jacobo Arminio, & quodam Franciso Gummato Professoribus Leidenibus excitatam, in vulgus spargentes. Coacta hoc nomine in Spiritu proprio Ordinum, nationalis, si DIS placet, Synodus Dordracum, an. 1618. ad quam ex omni angulo, in quo latet malignantium Singularis Ecclesiæ, proreptere Prædicantes, & Arminianos inauditos condemnarunt; nec tamen gravissimas dissolutiones compescere potuerunt, quin in mutua odia crudelibus, quam antehac, adversus Catholicos exarscerent, ac semetipsos consumpturi videbantur, in magno Belgarum incommodo, duodecim annis induciarum facta per Regem Catholicum rescissa fuisset.

Consulatur locus de Hæresicis, ubi nonnullæ hæc schismate.

Bellum.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. Bellum Latine ita dictū fuit per antiphrasim, vult Priscianus, quod nomine bellū sit. Alii à bono deducunt, non tamē, diciturque, sed quod boni gratia bella olim susciperentur, nec ad interficiendū, sed ad propulsandā injuriā, pacemque pacandā. Bella etiam res, & magistratus ac principibus gladio iusto at matris pro salute populorum in fidei suæ commissorem, vim injustam vi iusta repellere. Alii à duello derivant, prima syllaba in b, conveia. Festus à bellus, quod belluarum sit murto le lanatu conciscere. Est autem bellum discordia multorum arma sibi mutuo inferentium: sive totum illud tempus, quo in armis sunt: Græcis τῆλεμα dicitur.

* ORIGINE ET INCOMMODA. Quippe ubi fuerit, atque nefas: tot bella per orbem, Tem multæ scelerum facies: non ullus aratro Dignus bonus, squalens abductus arva colonis, Et curvæ rigidum salces conflantur in enses. Hinc mover Euphrates, illic Germania bellum. Vicine rupti inter se legibus urbes. Arma ferunt: scilicet toto Mari impioribus. Vi cum carceribus sese effundere quadrigæ, Addunt se in sparsa: & frustra rei in aula tendens Ferrur equis aurigæ, nequidam curvas habentis. Vir. l. Geor. Quis fuit horrendos primus qui proculi enses? Quam ferus, & verè ferrensus ille fuit! Tunc cades hominum generi, tunc præ alia nata: Tunc breviter diræ mortis aperta via est.

At

A At nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra Vertimus, in sevas quod dedis ille feras. Divitis hoc vitium est avari, nec bella fuerunt, Fagus affabat cum scyphis ante dapes. Non arces, non vallus erat, summique petebat Secutus varias dux grex inter oves. Quis furor est, aram bellis accersere mortem? Imminet, & tacito clā venit illa pede. Tibull. l. 1. Eleg. 10. Civili belli detestatio, ex Horat. in lib. Eruod. Ode. 7. Quo quo selesti vitis: aut cur dexteriori Aptantur enses conditi? Parvumne campis atque Neptuno super Eysum est Latini sanguinis? Neque hic lupus mos, nec fuit leonibus Inquam, nisi in d'ispor, feris. Furor ne cœcus, an rapis vis acrior? An culpa? Responsum dare, Tacent, & ora pallor albus inficit, Mentisque percussus stupent.

* BELLI JUSTI CAUSÆ XII. EX S. SCRIPTURA.

I. Si geratur contra terram, in qua Deus blasphematur per Idololatriam, ut habetur Deut. 12. l. Si à Dei cultu recedat. Deut. 13. III. Si temporalis fidelitas domini deleatur, ut patet 4. Reg. cap. 3. de Joram & Josaphat bellantium contra Regem Moab. IV. Si moveatur rebellio. Ita David. 2. Reg. 20. inultu bellum Zeba. V. Si defendatur malefactor. Jud. 6. 20. de bello contra Gabaa motu. VI. Si injuria publica inrogetur Principi. Ita David adversus Regem Ammon ob rasas barbas suorum nuntiorum bellum intulit. 2. Reg. 10. VII. Quando repetitur, Ita David contra Abimelech. Reg. 3. VIII. Ut repellatur hostis. 2. Reg. 8. David contra Philistios. IX. Quando hostis insurgens, etiam in propriis oppugnari meretur. Num. 12. de bello Israel contra Seon, & Og. X. Contra illum, per quem hostis roboratur, ut 2. Reg. 8. de bello David contra Syriam Damasci, eod quod auxiliaretur Adarezer. XI. Ut amicus ab hostibus liberetur, quomodo Abraham decem Reges, qui Loth ceperant, oppugnavit. Gen. 14. XII. Quando Princeps tyrannidē exercet. Ita in l. Mach. contra Antiochū motū est bellū. Hæc Lyran. in c. 31. Gen. à Cornelio à Lapide ibid. citatur.

* EXEMPLA EX S. SCRIPTURA BELLORUM JUSTORUM.

C Abraham cum paucis sociis fuis debellavit quatuor reges qui ita potētes erant, quod terras multas vallabat, & tandem quinque reges Pentapolis vicerunt, & Sodomam, & Gomorrhiam spoliarunt. Ipe vero Abraham spolia omnia recuperavit, & Loth nepotem suum liberavit. Gen. 14. Notandum, quod in bello iusto non tenetur homo inimicis suis pugnam prædicere, vel eos præsumere. Unde licet etiam eis infidias tēderet: Sicut patet per Abraham, ex Jos. 8. & 10. Item patet de Gedeone. Jud. 8. Contra Amalech, filios Israel impedire nitem, misit Moyses Josue ad pugnam. Ipe vero in propria persona non vit, sed in oratione permansit, & plus fecit orando, quam ille manibus feriendo. Exod. 17. Filii Israel moti, valde animosè aggressi sunt bellum prohibente Moysē cōtra Amalechitas & Chananeos. Illi autem percutientes & cōcidentes filios Israel, percussis sunt usque Horma. Num. 14. Rex Arad pugnavit contra filios Israel, & duxit inde prædam. Illi vero voto se Domino potēte obligantes, vicerunt eum, & utres hostium subvertunt. Num. 21. Ex præcepto Domini pugnantibus filii Israel contra Madianitas, tantam victoriam habuerunt, quod triginta duo milia virginum fuerunt in præda, & tamen de populo Israel non fuerunt, nisi duodecim milia pugnantium, de quibus nec unus quidem in prælio mortuus est. Num. 31. Vociferante populo & clagentibus tubis, sicut præcepit Josue, muri Jericho corruerunt, & sic capta est civitas. Jos. 6. Occasione præparationis Acham, filii Israel fugati fuerunt à virtus urbis Hai. Post expiationem autem peccati, ad præceptum Domini, capta fuit civitas & subverta. Ib. 7. 8. Cum pugnet Josue contra quinque reges, qui venerant ad destruentium Gabaoitas, misit Dominus super illos lapides magno de celo, & multo plures lapidibus mortui sunt grandinis quom gladio percussit filii Israel. Tunc ad vocem Josue fletit Sol pro spacium unius diei, ut posset delectus funditus inimicos suos. Ib. 10. Notabile est autem, quod licet in acquisitione terræ promissionis dicitur, quod Josue omnem terram percussit cum regibus suis, & quod præter Gabaa, omnes debellando cepit, tamē legitur ibi: Dominus autem Israel pugnavit pro eo. Unde quavis filii Israel, manibus fortiter pugnant, tamen Deo attribuetur victoria. Ib. Post mortē Josue filii Israel non leguntur ivisse ad præliū, nisi prius colato Domino, & sic ivissent. Et tradidit Dominus

La. B. T. theat. vita hom. Tom. 1.

Chanaganum & Pherezeum in manus eorum. Jud. 1. Multas gentes dimisit Dominus inter filios Israel, ut erudiret in eis Israel, & omnes qui non noverant bella Chananeorum; ut discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Ib. c. 3. Suscitavit Dominus Israel salvatorem nomine Ehud, qui percussit Egion regem Moab, & descenderuntque cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente, qui dixit ad eos: Sequimini me; tradidit enim Dominus inimicos nostros in manus nostras: & percussit regem de Moabitibus circiter decem milia. Dixit Delbota ad Barach: Surge, hæc est dies in quo tradit Dominus Sifaram in manus tuas: perterritusque Dominus Sifaram & omnes currus ejus, ita ut omnis hostium multitudo usque ad interneccionem caderet. Ib. c. 4. In recentis viris qui manu ad os projectores aquas biberunt, liberavit Dominus Israel de manu Madiam & Amalech, qui erat in maxima multitudo tempore Gedeonis. Jud. 7. Abimelech filius Jeroboal ex concubina, interfecit septuaginta fratres super unum lapidem, ut solus posset dominari. Postea quædam mulier cerebrum ejus fregit, fragmentum mole jacens super ipsum, dum obideret turrim Sicché reddidit illi Dominus malum, &c. Ibid. c. 9. Transivit Iephte ad filios Ammon, ut pugnet contra eos, quos tradidit Dominus: Percussitque viginti civitates filiorum Ammon plaga magna nimis. Ibid. c. 11. Ex magna fortitudine, quam dedit Dominus Samsoni, multas victorias obtinuit de Philistiis, qui tunc gravi servitute opprimebant filios Israel. Ib. c. 25. 26. Sexcenti viri de Tribu Dan venerunt in Lays ad populum quiescentem & securum, & percussit eos in ore gladii: urbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente presidium, eod quod procul essent à Sydone, & cum nullo hominum haberent quidquam societatis, aut commercii. Jud. 18. Licet filii Israel iuste moverentur contra filios Benjamin, & essent plures septuplum quam illi; tamen ipsi fortitudine & numero confidentes, bis fuerunt debellati. Postea vero coram Domino stentibus & jejunantibus, dixit eis Dominus: Cras tradam eos in manus vestras; & tunc plenam victoriam habuerunt de ipsis. Ib. 20. Tempore Helii sacerdotis, filii Israel debellati fuerunt à Philistiis: & postea quasi tentantes Deum, tulerunt arcam Domini secum, sperantes per eam prælium potēse victoriam habituros. Philistiæ vero confortantes se mutuo, iterum vicerunt eos, & arcam Domini cepertant in prælio. 1. Reg. 4. Clamante ad Domium Samuele pro filio Israel, & sacrificium sui esse offerente, intonuit Dominus fragore magno super Philistiim, & cæsi sunt ab invicem inter seipso fugati. 1. Reg. 7. Cū obfessi essent viri Jabes Galaad à Nabas rege Ammonitarum, cōt incurrit eis Saul. Nam cum multitudine bellatorum ingressus est castra in vigilia matutina, & sic dispersi sunt inimici illi, ut non relinquerentur in eis duo pariter. 1. Reg. 11. Videns Jonathan, filius Saul, stationem Philistinorum, dixit ad Armigeum suum: Non est à Domino difficile salvare in multis vobis paucis. Et accidit quasi miraculum à Deo: Fuit enim multitudo per eos profitata, & huc illicque diffugiens, ubique dispersa. 1. Reg. 14. Ad mandatum Samuelis, percussit Saul Amalech, & apprehendit Agag regem Amalec vivum; omne autem vulgus interfecit. Ibid. 15. Mirabile duellum fuit inter David & Goliath Gerghem gigantem. David enim erat puer inepens, & sine militatibus armis, sed confidens in Domino, prævaluit adversus gigantem armatum, fortem, & expertū. Et hoc in funda, & lapide, in nomine Domini. Ibid. 16. Audiens David, quod Amaleciter succenderunt Siceleg, & captivas duxerunt mulieres, consuluit Dominum, utrum deberet persequi latrunculos illos. Dixitque ei Dominus: Persequere, & cum quadringentis viris debellavit eos, & prædam integram reduxit. Ibid. c. 30. Post multas persequentes iniquas, quas Saul commovit in David, Philistiæ pugnaverunt adversus eum, totumque pondus prælii versum est in Saul: ipse vero accipiens gladium, ex desperatione irruit in eum. Mortuus ergo Saul, & tres filii ejus, & universi viri ejus. Ibid. c. 31. Crudelē bellum fuit inter duodecim pueros David, & duodecim ex parte Abimelech filii Saul, quando mutuo se occiderunt. 2. Reg. 2. Audierunt Philistiæ, quod David unctus esset in regem super Israel, & ascenderunt universi, ut quærent eum, qui consuluit Dominum, & percussit eos. Alta vice accidit ei simile, postea percussit iterum Philistios, & tulit frenum tributi de manu eorum. Item percussit Moab, & factus est ei servus sub tributo. Item percussit regē Soba, & de Syria viginti duo milia virorum. Servavitque Deus David in victoria, ad quæcunq; profectus est. 2. Reg. 5. & 6. Vidēs Joab, quod præparatum esset adversum se prælium, & ex adverso, fons regum.

Ecc 3 regum

A tergam, dixit Abifai fratri suo: Si praevalerint aduersum me Syri, eris mihi adiutor: Si autem filii Ammon praevalerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri. Dominus autem faciet, quod bonum est in conspectu suo, &c. In isto praelio fugerunt omnes aduersarii. 2. Reg. 10. Bellum in honestum habuerat Absalon contra patrem suum David, & male successit ei, & populo, qui eidem adhaerit, ut scias populum non posse proficere, qui malo principi iniuste consentit. 2. Reg. 18. Benadab Rex Syriae cum regibus obsidebat Samariam, & victus fuit & fugatus, ac precepto Domini pugnans contra eorum exercitum tantum pueris principum provinciarum, qui erant 232. quos sequebantur 7. mil. filiorum Israel. Sequenti anno venit iterum Benadab cum maximo exercitu, & ceciderunt centum millia pedum de Syria in die una, pro eo quod dixerunt: Deus est Montium Dominus, & non est Deus vultum. 3. Reg. 20. Cum essent congregati rex Juda, & rex Israel, & rex Edom, ut pugnarent contra Moab, & magnam parerentur aquae defectum, dixit Elifaeus propheta: Alveus iste replebitur aquis, & in super tradet Dominus Moab in manus vestras. Et facta est. 4. Reg. 3. Samaria tandem obfessa fuit a rege Syriae, quod vendebatur caput aeni 80. argenteis, & quarta pars cibi stercoreis columbini quinque argenteis; sed iuxta verbum Elifaei, Syri fugerunt audito sonitu exercitus plurimi: Et facta est rerum abundantia. 4. Reg. 6. & 7. Amasias Rex Juda obtenta victoria ad Edom misit ad regem Israel, provocans eum ad praedium: sed fuit ab illo captus, & magna pars murorum civitatis Jerusalem destructa fuit occasione elationis ipsius Amasiae. 4. Reg. 4. Licet Jeroboam filius Joas Rex Israel esset malus, & populus ejus; tamen Dominus per manum illius salvavit eos, & multa bona fecit eis. Ibid. Bene & mirabiliter pugnavit Dominus pro Ezechia rege Juda aduersus Sennacherib regem Assyriae, quando angelus Domini una nocte percussit de exercitu Sennacherib 185. millia: Et ipse post a filiis suis occisus fuit. 4. Reg. 19. Abia rex Juda cum exercitu suo videns, quod instaret bellum ex adverso, & post tergam, clamavit ad Dominum. Et sacerdotes canere tubis ceperunt, & perterruit Dominus Jeroboam, & omnem Israel. Et ceciderunt vulnereati ex Israel quingenta millia virorum fortium. Humilitate fuit filii Israel vehementissime, & confortati filii Juda, eo quod sperassent in Domino. 2. Par. 13. Egressus est contra Aza regem Juda Zata Aethiops cum exercitu suo decies centenis millibus: & invocavit Aza Dominum, dicens: Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliaberis, aut in multis, &c. sequitur: Exterruit itaque Dominus Aethiopes, & ruerunt usque ad interuersionem, quia Domino cadente contriti sunt. Ibid. 14. Congregati sunt filii Moab & Ammon, ut pugnarent contra Joraphat. At ille contulit se totum ad rogandum Dominum. Cumque cepissent cantores Domini laudes canere, vertit Dominus insidias aduersariorum in se ipsos, & mutuis vulneribus ceciderunt. Ibid. 20. Phacee filius Romelae rex Iisr. occidit de Juda 120. millia in una die omnes viros bellatores, eo quod reliquisset Dominum. Ibid. 26. Victoriā, quam dedit Dominus populo Israel per manum Iudith, famosa est, ut in libro Iudith, quasi per totum. Unde ipsa dixit, occiso Holoferne, Dominus omnipotens necuit eum, & tradidit in manu foeminae, & confudit eum. Ibid. 16. Videns Judas Machabaeus exercitum Scronis magnaui, locis timentibus ait: Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei caeli liberare in multis, vel in paucis, &c. Et contritus est Scron & exercitus. 1. Machab. 3. Idem Machabaeus cum tribus millibus virorum, qui tegumenta & gladios non habebant, debellavit Gorgiam cum magno exercitu. Ibid. 4. De Juda Machabaeo satis notabile est, quod cum toties pugnavit, & tot probitates fecerit quodcumque pugnatorum oravit, & divinum auxilium invocavit, semper vicit. In duobus autem praecipuis bellis oratio non legitur. Unum fuit contra Antiochum Eupatorei secundum contra Barchidem & Alcimum; & tunc ipse in praedio cecidit. Ibid. c. 6. & 9. Venit Barchides in virtute multa, ut pugnaret contra Jonatham, & dixit Jonathas ad suos: Pugnemus & clamemus in caelum, ut liberemur de manibus inimicorum nostrorum: quod & factum est.

BELLI LICITE HOSTIBUS ILLATI

EXEMPLA HISTORICA. Constantinus Imp. qui primus in lege Christiana ex Imperatoribus publice Ecclesiam defendit, eo ferè modo Maxen-

tium alioque hostes devicit, quo Moses Pharaonem: de eo enim sic cum Eusebio Augustinus: Constantinus Imp. non supplicentem daemoniis, sed ipsum verum Deum colentem tantis terrenis implevit numeribus, quanta optare nullus audeat. Universum orbem Romanum unius Augustus tenuit & defendit, in admirandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannos opprimendis per omnia prosperatus est: grandævus ætatisque & sanctitate defunctus est, filios imperantes reliquit. Euseb. 9. hist. Eccl. c. 9. Aug. 15. de civit. Dei c. 25.

De Honorio etiam planè Catholico, & Rom. Pont. additissimo, ut patet ex ejus epistolis ad Bonifacium Papam, scribit Aug. ita Deum pro illo pugnasse, ut uno praedio, multo amplius quam c. millia Gothorum prosterneretur, & Rex ipse Radagaisus cum filiis caperetur, & occideretur, ex Romanis ne uno qui idè vulnerato, nedum extincto. Aug. 15. de civ. Dei. 23.

De Theodosio juniore narrat etiam Socrates, exercitu ejus pugnante contra Perfas Barbaros, & ipso interim in urbe precibus apud Deum vacante Imperatore, circiter centum millia Saracenorum ab Angelis, qui se ejus belli dispensatores à Deo missos nuntiantes, acta in Euphratem, miserimè perisse. Socrat. hist. Eccl. 17. c. 18.

Tempore Urbani II. ad ann. D. 1098. Christiani in bello facto à Papa indicto pro recuperatione Hierosolymae, cum essent Antiochiae in summa desperatione, eo quod propè ad esset infinitus exercitus Turcarum & Persarum, & ipsi paucissimi, & diuturna fame propè cuncti, ita ut etiam viri fortissimi baculis innixi incederent, nec equos habebant, nisi paucissimos, ita ut praecipuus Princeps Godofredus equo commodato uteretur, & multi Principes in alnis equitibus cogentur; tandem Deus revelavit, ubi esset lancea, & ea prelata, in bello victoriam dedit, ita ut occiderent centum millia Turcarum, & sex vix quatuor milia ceciderunt. Cecidit etiam ros divinitus in illos, qui animis & corporibus vires addidit: denique apparuerunt tres viri sancti pro illis de caelo pugnantes. Paul. Emil. 12. hist. Franc. Guili. 7. p. 1.

An. Christi D. 533. Justinianus Imp. septimo sui principatus anno aduersus Vandalos bellum ducturus, in vetris inditio, navim praetoriam ad litus iuxta aedes Imperatoris deduci iussit. Tunc Epiphanius civitatis Praef. classi de more benedicens ac benè precatus, milites paulò ante baptizatos nomen profitescentes Christianum, singillatim in navim introduxit. Noluit pius Imperator quendam non planè Christianum in classe, quam advenit impius pietas Christiana dicebat, penitus inventi: si quis ergo inter scriptos milites inventus esset adhuc Cathecumenus, baptismum suscipere jubebatur: sed & Catholicam fidem omnes aequè professos, exomologesimque alios fecisse, acque ita universum exercitum exipatum Principis voluntate putamus. Procop. de bello Vand. 11.

In pugna illa Agicutiensis inter Heldinium & Rentatum, in qua Angli autra calcaria Francorum reportarunt, anno Domini 1415. Jacobus Senonum Pontifex, quamvis & monachus & Episcopus, in fundendo tamè Christiano sanguine auctorem se & antesignanum praebuit; unde poetas favitque suae sacrilegumque in Successionibus patrati luculenter exsolvit. Jacob. Meyer. 15. hist. Fland.

Cum Perse quidam Goranne duce cognominem Imper. Theodosio urbem oppugnaret, omnique generis machinis adirentur, & turres extra muros contra eam excitarent neque quidquam efficerent, ridendos sese dederit. Eunomius H. ejus Episcopo machinas hostium omnes perstringere. Quom namque nostri propter oppugnationem multitudinem animos desperatione deponderent, precibus ipse contra illos pugnas urbem salvam conservavit. Ex satrapis tum ibi qui sub Goranne erant, quidam ad blasphemias conversus, talem ut Rabiaes & Sennacherib, animo feribundo minus est, factum se ejus civitatis templum igne consumpturum. Contumeliam eam non ferens D. Eunomius, torquentem bellum fixa jacens ad propugnaculum, cui Apofoli Thomæ cognomen fuit, disponi, ingentemque lapidem eo in os blasphemum illius emitti iussit. Illicet saxum balista ea totum, maledicti illius satrapae os detestandum percolit, faciemque ejus omnem circumminuit, capite redissimè attrito, cerebroque omni disperio. Què ubi Gorannes confixit, expugnatione urbis deperata, fugiens inde discessit, re ipsa victum se esse clamans: meritaque correptus, de caetero iuxta pacta covenata cum Romanis iura pacem esse complexus. Tantam ipse fidelis ministri sui imperatoris ejus curam gessit, qui eo nomine illi gratias egit, eundemque religione debita coluit. Niceph. 124. hist. c. 64.

Rem

A Rem à Constantio Constantini Magni filio, ejus in Imp. Orientali successore, praecelate gestam, dignam sanè praedicatione, hoc loco commemorabo: ex qua una ejus erga pietatem studium satis cognosci poterit. In bello namque contra Magnentium suscepto, toto suo exercitu coacto in unum omnes cohortatus est, ut divina percipiant mysteria: quippe exitum vita tum alias semper, tum in bello potissimum incertum esse, praesertim cum in eo infinita tela, jacula, haste utrinque mittantur: quin etiam intendentur gladii, sicut, & alia instrumenta bellica, quibus violenta inferuntur mors. Proinde oportere singulos stolam illam pretiosam induere, quae in illa altera vita nobis omnibus cum primis necessaria est. Quòd si quisquam eam vestem accipere recuset, eum inde jam domum abire jubet; nam se nolle cum hominibus mysteris inimicè initiatis bellum gerere. Theod. 13. c. 3. Hist. Eccl.

Illud etiam hoc loco memoratu dignum, quòd cum Constantinus Imp. de tumultu quodam barbarorum Orientalium audivisset, hanc sibi postremam de illis victoriam reliquam esse affirmans, exercitum contra Perfas educere properaret. Nam cum id planè secum statuisset, militares ordines eduxit; & de expeditione cum Episcopis, quos secum habebat communicavit; existimans, oportere ex his aliquos ad pietatis officia maxime idoneos perpetuo sibi adesse. Illi verò libenter quidem sequuntur se, nec vestigium ab eo discessuros, sed una militiam obituros, & apud Deum supplicibus votis se pugnatos recipiebant. Hac ille voluntate & studiorum propensione vehementer delectatus, totius expeditionis quasi vestigia eis expressit, ac ad bellum illud suscipiendum, tabernaculum inrerim ad Ecclesiam similitudinem magnificentia faciendum curavit, in quo Deo victoriam datori ipse cum Episcopis supplicaret. Theod. 11. c. 8. suae historiae addit, eum extruxisse tabernaculum Ecclesiae figuram exprimens, & cum contra hostes praedio contenderet, secum circumferre consuevisse, ad eum finem, uti neque sibi in solitudine vitam agentis, neque exercitui deesset aedes facta, in qua quidem haberent Deum laudibus esse ferre, precibus sollicitare, & facta mysteria percipere: nam Sacerdotis & Diaconi, qui secundum Ecclesiam institutum ista munera obirent, tabernaculum assidue secuti sunt. Ex eo tempore militares Romanorum ordines, qui jam vocantur Numeri, singuli sibi tabernaculum separatim construxerunt, habueruntque secum sacerdotes & diaconos ad rem divinam faciendam designatos. Euseb. Caes. 1. 4. vita Constant. cap. 56.

Et tempore, quo Saxones Pictique bellum aduersus Britones suscepunt, Germanus Duxem se praedicti profectur, eligit expedire, circumjecta percussit, & regione, qua hostium praetabatur arcemque, vallem circumdatam editis montibus intuetur, qui in loco novo componit exercitum, ipse dux agminis. Et jam aderat ferox hostium multitudo, quam appropinquare intuebantur in insidiis constituti. Cum subitò Germanus signifer universos admonet, & praedicit, ut voci suae uno clamore respondeant, securitumque hostibus, qui se insperato adesse considerent, Alleluja, tertio tertium, faceretos inelamant. Sequitur una vox omnium, & elevatum clamore, repercusso aere, montium inclusa multiplicat, Hostile agmen terrore prosternitur: & ruisse super se non solum rupe circumdatam, verum etiam ipsam caeli machinam contremiscent: trepidationeque injecta vix sufficere pedum gemitibus credebatur. Passim fugiunt, arma projiciunt, paucientes & nuda corpora erupis se discimini. Plures etiam timore praecipites, flumen, quòd sensim venientes transierant, devoravit. Ultionem suam innocens intuetur exercitus, & victoriam praestitae otiosus spectator efficitur. Spolia colligunt exposita, & praedam caelestis victoriam miles religiosus adipiscitur. Triumphans Pontifex, hostibus suis sine sanguine, triumphans victoria, fide obstricta, non virtibus. Ato in Chron. et. at. 6. Bar. rom. tom. 5. Annal. ad an. 419.

Alphonfus Aragonum ac Siciliae Rex, cum filium suum Ferdinandum ad ulciscendas Florentinorum injurias, qui cum hostibus perperam & iniquè sedes contra Alphonsum fecerant, magno cum exercitu misisset, post longam filii institutionem haec adjecit: Nunc quod maxime te moneo, sibi charissime, illud est; ne tantum, aut tux, aut com-militionum audaciae tribuas, ut putes absque Numinis auxilio victoriam ullam haberi posse: Victoria, mihi crede, non hominum disciplinam, sed industria comparatur, sed Dei Opt. Max. benignitate & arbitrio. Scientia itaque rei

L. B. Tetr. vit. a. hum. Tom. 1.

militaris ita demum profututa est, si Deum nobis pietate, atque innocencia pacatum propitiumque habuerimus. Deum igitur in primis cole, in eum confide, à quo tum victorios omnes, tum optima quaeque provenire procul dubio est. Quem si quando tibi iratum suspicaberis, cave, contendas; imò quicquid ab eo tibi accidisse videatur, bene consule, & patientia ac poenitentia eum placa, & tibi benevolam redde. Sanè quos Deus amat, corripit & affligit: sed si afflictos dolentes interim, & se merentes videt, eos postea recreat, reficit, & fundat. Ant. Panor. 13. de ditiis Alphon. si Regio. 51.

Ante annos ferè 16. Northmanni 40. numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolymis, quò orationis causa perrexerant, redeuntes, Salernum applicuerunt, viri & statura proceri, & specie venusti, & armis praecipui. Quam civitatem cum à Saracenis obfessam reperissent, accessus nutu Dei animis, à Guarnario majore, qui tunc Princeps erat, equos, armaque poscentes, subito in illos irruerunt, plurimilique peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria, Deo largiente, potiti sunt. Efferunt miris omnium laudibus, magnisque à Principe illustrati numeribus, ut manere secum debeant, multis precibus invitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianae fidei asserione hoc se fecisse asserentes, & dona respundo, & manere ibi se posse denegant. Praedictus itaque Princeps, consilio habito, cum eis Legatos suos in Northmanniam dirigit, & veluti Naries alter, citrina per eos poma, anygdala quoque, & inautas nuces, ac pallia regia, & equorum phaleras auro argenteoque distinctas illuc dirigit, ad hujusmodi gignentem humum illos non modò invitabat, verum etiam attrahabat. Ex Leone Offens. 12. c. 28. Bar. tom. 11. Ann. an. 1002. 16.

Constantinus Imp. diligentem adhibebat cautionem, ne inter dimicandam fieret murtorum caedes. Unde non magis suorum, quam hostium saluti prospiciebat. Quapropter suos, cum fuissent in pugna victoriam adepti, hortari solebat, ut captivorum misererentur, & cum homines essent, naturae humanae nequaquam eos caperet oblivio: atque si aliquando eos refrenare, praecipereque, ut qui aliquem ex hostium numero vivum cepisset, aliqua certi auri summa remuneraretur. Atque hanc veit illecebram ad hominum G conservacionem Imperatoris excogitavit prudentia, ad eò ut infiniti etiam ex ipsis Barbaris incolumes evaserint, Imperatore ipsorum vitam auro redimente. Euseb. de vit. Conf. 12. c. 13.

BELLI JUSTI CAUSAE APUD ETHNICOS.

* Scriptores Ethnici tres belli gerendi causas tradunt. Unam ad repellendam vim, & se sine qua tuenda, ob quam causam Iocrates laudat Evagoram regem. Alteram, ad res sibi ablatas repetendas. Tertiam ad ulciscendas injurias illatas: ita Alexander, narrante Q. Curt. 1. 4. contra Perfas hanc causam praetexit. Cic. 1. 1. de offic. nullum justum cenlet, quod non aut rebus repetitis geritur, aut ante denunciatum non sit; atque ob eam causam bella esse suscipienda, ut sine injuria in pace vivatur.

SOCIETAS. AD BELLUM SUSCIPENDUM INCITARE SUOS.

Ad societatem belli perducere.

Cum Nabas rex Ammonitarum Jabem urbem obsideret, neque pacem facere vellet alia conditione, quam ut dextros H oculos eis effoderet, Jabenes legatos mittunt ad Saul regem nuper electum. Qui rure boves agens, cum ploratam populi eo nuncio territi audivisset, dissecit duobus bobus, frusta per omnes Israelis tribus partiens, ad bellum contra Ammonitas accendit, cum edicto, ut qui Saul & Samuele fecuti non essent, eorum bobus ita feret. Ita Dei timore correpti Israelitae, apud Bezece recentis, 330. millia convenere, & Ammonitas tripartito de matutina vigilia adorti, magna clade affecer. 1. Reg. 11.

Levita, ut ad ultionem Gabaneum, qui uxorem suam consumpando necaverant, Israelitas excitaret, uxorem in XII. partes divisam per tribus XII. Israelitarum misit. Ibid. 20.

Cyrus Persa ab Hatpago Medo invitatus, ut exercitum contra Astyagem ayum duceret, & Persas ad rebelandum induceret, simul lat sibi literas à rege missas. Quas in concilio cum resignasset, & legisset, ducem se Persarum ab Astyage esse creatum asseruit, omnesque cum sacibus adesse iussit. Cum jam convenissent, imperatris, ut locum xx. circuitu

Ecc 4 Itadio.

Astadiorum, vepribus spinisque obstitum, unius diei opera put-
 gamum sibi redderet: inde diuino opere lesis precepit, ut
 postridie sibi lauti adessent. Ipse ex paternis interim gregi-
 bus vim pecorum ingentem occidit, & cum his boves pluri-
 mos, ut comparare tot hominum milia uno tempore prande-
 rent. Tum epulis eorum tempestiue congestis, quod manus illa
 ingens ex imperio coitura erat, larga vini copia, ciborum
 que elegantia passim discumbentibus apposita, multo luxu,
 & hilaritate pars diei non parua acta est. Ubi vero abunde
 epulati sunt, in concionem Cyrus eos vocat, ac primum
 omnium rogat, utra opera suavior animis fuisset, hesternam
 illa que inter vepres & spinas, in arcta locorum feritate,
 aegre consumpta esset: an recentior, quam virenti prato,
 multa cum voluptate paulo ante exegissent? Quam magnum
 esset inter utramque discrimen, & tota concio reclamasset, ut
 tantum praeferens haec haberet voluptatis, quantum arumna-
 rum prior illa habuisset: Recte, inquit Cyrus, iudicatis,
 sed adverte viti Perseae, quam utraque conditio sit vestris
 rebus non dissimilis. Siquidem volentibus vobis honesta
 sequi, & mecum audere, quae viros fortes decent, eadem
 longaeque maiora commoda adiunt: sin minus, arumnae
 metu premunt, Medorum iniuria, superbaeque damna-
 tionis obnoxios. Quam haec ille perorasset, miro omnium
 consensu defectio lectura, bellamque in Medos decretum,
 Sab. 15. Enz. ex Herod. l. 1. & Front. l. 1. c. 11.

Egeatanorum legati suppliciter opem petebant ab Athenien-
 sibus contra Seleucum, qui bellum eis ob finium dis-
 cordiam intulerant: accitique in partes Syracusanis, tera-
 marique infestabant, ita ut parum a legitima obsequio
 distarent. Athenienses legatos in Sicilia miserunt ad Egea-
 tanorum res inspicendas, videndumque, an tantum illis
 pecuniarum ad bellum esset, quantum eorum oratores praedi-
 cereant. Egeatani, ut legatos ingentis thesauri specie fal-
 lerent, Erycinæ Venetis donaria primo illorum oculis sub-
 iecere: erant autem finitima circa oppidum Phoenicum & Graeco-
 rum cotrogata pocula argentea simul & aurea, in conviviis
 pro suis circumferere. Quo aspectu decepti legati, ubi Athenas
 venerunt, Egeatanorum opes nihilo eorum praedicatione
 inferiores affirmare sunt ausi. Itaque permoverunt popu-
 lum, ut Egeatani auxilia decerneret, Lamacho Nicia
 & Alcibiade ducibus. Sab. 17. Ann. 3.

Cum Athenienses diuturno bello, & gravi Salaminorum
 insula cum Megarenibus gesto fatiscens anxiositate lege
 penam capitalem, si quis rogationem ferret vel referret ite-
 rum ad civem de asserenda Salamini; eam infamiam Solon
 graviter ferens, cum videret iuventutem magna ex parte oc-
 casionem querere arma movendi, neque eos tamen metu
 legis audere id incipere; simulavit dementia, tumorque per
 urbem ex domo ejus percrebruit, esse eum furore correptum.
 Compulsoriam autem clam elegos, quos meditatus, ut memori-
 ter recitare eos nosset, pileatus proflit repente in forum. In-
 genti concursu facto suggestum praeculis conscendit, & cornu
 eos veritus pronuntiavit, quorum hoc exordium:
 Adsum praeculae pro eo Salaminis ab ora,
 In castrum vestrum dulce poemae ferens.

Hujus poematis inscriptio Salamis est, & versus continet
 centum sane quam venulle scripsit. Quos ubi cantavit,
 & amici ejus coeperunt laudare, praecipue autem adhorta-
 tus Plistratum civem est & instammavit ad parendum dicenti,
 Dissolvent legem, bellumque de integro susceperunt, rebus
 gerendis praefecto Solone. Plat. in Solone.

Cum Darius rex Scythis bellum inferret, & Geloni, Budi-
 ni, atque Sauromatae Scythias se auxilio futuros pollicenti es-
 sent: ac Agathyrus, Neuri, Androphagi, Tauri & Melanchlaeni
 societatem auferatentur: ut illos vel invitos ad arma
 contra Perfas sumenda cogere, Perfas praesidio laesissos ven-
 gundo in eorum regiones deduxere, qui societatem detrecta-
 rant. Quas cum Perseae more suo vastarent, ad vim Persarum
 arcendam unanimes tandem concensu arma ceperunt. Her. 1. 4.

Graeci, qui contra Perfas arma ceperunt, non esse, quae illi
 in Graecia concreta essent, deorum templa restituenda censue-
 runt, quo sempiterna extarent inimicitiarum monumenta.
 Eamque ob rem in Haliarctium finibus delubra multa, &
 quod Athenienses Junonis in Phalerica via, Cereris in ipso
 Pbalero, semiusta permanferunt. Pauf. in Phocicis.

Spartani, ut ad bellum studium excitaret suos, eum domi di-
 sciplinam severissimè coherere, militiam rigorem illum laxa-
 runt, nec prohibebant excolere comam, amilque se & palli
 ornate ac delictabantur: ut velut equis ad certamen exultan-

tibus & ferocentibus. Itaque quamvis comam, ubi adulti E-
 rant, alerent, potissimum imminente pugna concinnabant
 eam, unida appareret & discriminata. Adducunt etiam Li-
 curgi de coma dictis Formosum esse venustioris reddere, de-
 formis horridioris. Exeritationibus quoque utebantur per
 bellum mollioribus, & reliquam quoque vitam minus asiri-
 tam & obnoxiam dabant juvenuti. Plut. in Lyco. Anud
 Xenophontem certè Clearchus Spartanorum, qui Cyro
 contra fratrem Artaxerxes Persarum regem militavit, ad
 pugna se parans, comam prius pectine discrimina se scribitur.

Postquam Pelopidas tyrannide, & praesidio Spartanorum
 Thebas liberavit, magnis copiis Bœotiam Lacedaemone in-
 vaserunt. Trepillantes Athenienses renuntiaverunt Theba-
 nis societatem: eosque, qui cum Bœotis faciebant, iudicis af-
 fixerunt, partimque morte affecerunt, partim egerunt in exi-
 lium. Nonnullos pecunia multaverunt, Pelopidas Bœotarches
 cum Gorgida id videns, ut Athenienses Thebanis iterum cõ-
 cilaret, hoc stratagemate usus est. Sphodrias Spartanus ad
 Thebias fuit, ut persugas Thebanorum reciperet, adjuvaret-
 que. Ad hunc Pelopidas privatum mercatorum quandam sibi
 familiarem cum numis aiebat, clam & cum hac instructio. Ne:
 Praefare majora aggredi, & capere ex improviso securis
 Atheniensibus Praetorem, nihil enim penes Lacedaemones
 expectatum fore, cum tenere Athenas: neque Thebanos his
 infestos, qui eos proditorum loco habeant, laturos opem. In-
 ductus Sphodrias nocte signa movit in Aticam, atque Eleu-
 sina usque progressus est. Inde ignavia militum re infecta,
 cum detectum consilium esset, & bellum contigisset Lacedae-
 moniis non mediocre, agmen Thebias reduxit. Hinc loca-
 verunt Thebanis arma Athenienses promissimè, maraeque
 asseruerunt, ac circumvecti Graeciam, receperunt & alle-
 xerunt eos, qui spectabant ad defectionem. Plut. in Pelopida.

Dionysius Syracusanus bellum illud Carthageniensibus,
 Rheginos Messenioque contemptus, quorum ni-
 bes sitae ad portum erant, magnas olim copias instruxit,
 vebatur, ne Carthageniensibus in Sicilia advectis adjun-
 gerentur. Ergo magnam Messeniis agrum finitimi partem tra-
 didit, eoque beneficio sibi reddidit obnoxios. Legatis ad
 Rheginos missis, petiit, ut ex virginibus civibus unam elige-
 rent, quam sibi uxorem traderent, pollicitus se pro illi me-
 ritis magnam contemnere partem comparaturum illis, urba-
 neque, & opes in posterum ejus populi pro viribus auxurum.
 Quibus tyranni amicitiam respondentibus, a Locrentibus hoc
 ipsum impetravit. Diod. l. 14.

Elico Helvetius, fabrilium operum Romae exercens, Gal-
 los suos populares, sicam siccam, uvam, oleumque ad vi-
 num in patriam vehens, ad Italianam expeditionem sub Tar-
 quinio Prisco primum lubaninale fertur. Test. est Plin. lib.
 12. c. 1. & Liv.

Brevius Rex Gallorum, volens suis persuadere, ut expeditio-
 nem in Graeciam susciperent, convocatis in concionem
 viris & mulieribus, produxit captivos Graecos villissimis cot-
 poribus, & infirmis praeditos, capitis raios, & sordidus
 palli amictos: juxtaque eos maximos Gallorum col-
 locavit, & speciosissimos, Gallicam armaturam indutos.
 Hoc factum: Nos, inquit, tanti ac tales, contra homines
 tam imbelles & parvos bellum geremus. Hoc modo Galli
 contemptus Graecis, adducti sunt, ut proficisci cum exer-
 citu in Graeciam non dubitarent. Polyan. l. 7.

In foedere, quod Romulus cum Albanis sanxit, disertè
 fuerat expressum, ut neutra civitatum bellum inchoaret,
 atque utra se lesam aliquando quereretur, ab iniuria aucto-
 ribus justa reciperet. Quod si non tenderetur, tum neces-
 sario rupsit foederibus indiceret bellum. Regnabat Alba
 C. Civilis. Ferebat in iniquo animo, rem Romanam in
 dies augeri: & discordia causam inter cognatas urbes quaer-
 ritans, Albanorum egentissimis auxilium exirit, ut Roma-
 nos fines latrocino infestarent, impunitatem facti pollic-
 tus. Romani & ipsi tali injuria instructi, invicem ex Al-
 bana agro praedam agere, latrocinium etiam quibusdam interfe-
 dis. Missi itaque legati Romam ire repperunt. Tullus Ho-
 stilius rex haud ignarus, ad quid venissent, consensum ire ju-
 bet Albam, qui & ipsi res prius ibi, quam Romae respon-
 sum ullum Albanis daretur, publice recitarent: Ipse inter-
 im comiter eos, qui ad se venerant, complexus, regio convi-
 vio adhibet. Qui Albam ire iussi fuerant, interim mandata
 peragunt. Certum habuit Hostilius fore, ut Albani res non
 redderent: siquæ praesentis belli culpam penes eos fore,
 qui prius postulata non fecissent. Sab. 14. ex Enn. 4. Liv.

Volsorum dux Accius Tullus ad bellum inferendum
 Roma-

A Romanis maxime cupiditate accensus, cum aliquot adver-
 sus praesulis contuos animos fuorum, & ob id paci proniores
 animavereret, insidiosa ratione, quod volebat, compulit.
 Nam cum spectandum ludorum gratia magna Volsorum
 multitudo Romanum convenisset, Consulibus dixit, Vehem-
 enter se timere, ne quid hostile subito moliretur: monuit-
 que, ut essent cautiore, & protinus ipse urbe egressus est.
 Quam rem Consul ad Senatam retulerunt. Qui, tamen
 illa suscipio libet, auctoritate tamen Tulli commotus,
 ut ante noctem Volsi abirent, decrevit. Qua contumelia
 irritati, facillè impelli poterunt ad rebellandum. Ita men-
 dacium vestitus iudicis, simulatione benevolentiae involutum,
 dnos simul populos fessit: Romanum, ut infonates notaret:
 Volsicum, ut decepti irasceretur. Valer. lib. 7. c. 3.

Q. Fabius Max. qui egregie sciebat, & Romanos ejus esse
 libertatis, quae contumelia exasperaretur, & a Peris nihil
 justum aut moderatum expectabat, misit legatos Carthage-
 nem de conditionibus pacis. Quas cum iniquitatis & insolentiae
 plenae attulissent, exercitus Romanorum ad pugnam
 concitatus est. Front. lib. 1. cap. 11.

M. Cato major Carthaginem, & ad Masinissam Numi-
 diae regem, qui bellum inter se gerebant, ad inspicendas ar-
 morum causas fuit missus. Fuerat hic à primo amicus populi
 Romani: illi ab Scipione bello victi, pacem à populo Ro-
 mano acceptant, imperique ademptione & gravi vectigale
 fuerant refrenati. Qui cum eam civitatem, non pro popu-
 lari Romani opinione, offendisset affictam vel infractam,
 verum magna juventutis sobole florentem, magna affluentem
 opulentia, omni genere armorum & apparatu bellico
 referant, quae res Peris non mediocriter spiritus darent: tem-
 pus existimabar esse, non ut res Numidia & Masinissa com-
 ponerent, & disceptarent Romani, sed nisi civitatem op-
 pressistent antiquis inimicam & exacerbatam, quae supra
 quam credi posset, invaderet, paria pericula ipsos incur-
 suos. Igitur propter reverentiam senatum, non tantum
 superiores clades & vulnera Carthagenensium virium quan-
 tum imprudenter detraxisse: ac propè esse, ut non infirmiores
 eos, sed expertiores ad bellum faciendum reddiderint.
 Nunc vero etiam praesidia belli Romani agitare bellum Numi-
 didicum: pacem & foedus praetere belli more, dum op-
 portunitatem expectant. Adhaec fetur Cato ficos Africa-
 nos, togam excutiendo, in curia consulto effudisse: quorum
 cum admirarentur magnitudinem & speciem, dixisse eum
 quae hos ferat tellus, tridui navigatione ab Roma distare.
 Illud vero iam violentius, quod quacuque de re decideret
 sententiam, semper hoc addiderit: Hoc caesio, & Car-
 thaginem delendam. Contra P. Scipio, Nafica dictus, per-
 petuo pro sententia dicebat: Caesio, Carthaginem relin-
 quendam. Multa enim cum populum procacitate videret
 admittentem, & ob secundum rerum cursum atque fero-
 ciam senatum minus dicto audientem, totaque tempus ob-
 nimiam potentiam, quod nutu vergeret, secum trahentem:
 volebat hunc certè timorem pro freno moderatore con-
 tumaciae in seculum multitudine: minus censens pollere Car-
 thagenenses, quam ut superaret Romanos, & plus, quam
 ut contemnerent. Id ipsum Catoni anceps visum, lasci-
 vienti populo, & crebro ex licentia offendenti, urbem anti-
 quissimi quidem magnam, tum vero etiam, quod fracta esset
 arummi, sobria imminere: quin potius metus externos
 imperii esse semel excindendos, & emersiones ei ex instelli-
 Dnis erratis relinquendas. Ita suscitavit Cato dicitur tertium
 & supremum bellum Punicum. Plut. in Catone.

Valentinianus II. Italia & Africa exutus à Maximo, ad
 Theodosium Magni opem implorandam cum Justina matre
 Theodosiana fugerat. Consulibus de Maximo ulciscendo hab-
 ens, & aliis quidem arma primo quoque tempore inferenda
 censentibus, Theodosius in eam sententiam erat pro-
 nox, ut ad vitandum civile bellum rem esset per legatos tran-
 sigeretur: & si Maximus Italia atque Africa ultro cederet,
 priore divisione (qua ei Britannia, Gallia & Hispan. per-
 missa fuerat) itaret: si eo contentus non esset, bello vindic-
 ceteretur. Nemine autem adversus eum suscipere audente,
 Justina ad eum accessit, atque adducta secum Gallia filia
 eximie pulchritudinis virgine, ad genua procubuit, orans,
 ne Gratiani inultam eadem relinquere, à quo tantum prin-
 cipatus fastidium accepisset, neve se prostratas, atque om-
 ni alia spe destitutas jacere diutius sineret: atque interea
 puella lacrymanem, ac fortunam suam deplorantem et obtu-
 lit. Theodosius vero puellae specie captus, eam in matri-
 monium postulavit (nam Placilla uxore diem suum oberat)

eamque à Justina accepit, cum eo, ut nullam bello susce-
 piendo moram afferret. Haec Histimus: Quem fallum esse
 offendit Marcellinus, qui biennio ante Gallam Theodosio
 nupsisse notavit. Itaque placet magis, Theodosium res in-
 dignitate, & Valentiniani necessitate permotum, ultro ar-
 ma sumpisse. Sig. lib. 9. Imp. occid.

Nartes Euanachus Alboinum regem Longobardorum cum
 popularibus suis ad invadendam & occupandam Italianam
 invitavit, preciosis nonnullis frugibus, quae in terra feruntur
 Italiae, muneris loco ad illiciendum imperitiae multitudine
 animos missis: ut terram cum caeli temperie ac situs amoni-
 tate praestantem, tum vero rerum omnium copia ad in-
 colendum optabilem esse ostenderet. Sigon. lib. 1. v. igni
 Ital.

Clotildis Clodovei F. & Childeberti, Clotharii atque
 Theodorici regum Francorum soror, ab Almarico rege Visi-
 gothorum Ariano, cui nupserat, ipsa pia ignominiosè du-
 riterque tractabatur. Via euntem, caeno lapidibusque in-
 cessabant. Saeva imbutum eruoere sudarum ad fratres reges
 misit: quibus veluti litris sanguine exaratis perciti ita Fran-
 ci in Visigothos ducunt. Cælius Almaricus, reducta in Fran-
 ciam Clotildis: nec ita multo post Visigothi bello reperti,
 Casataugusta obfessa, coaltaque sinceram religionem profes-
 sori. Tunica Vincentii martyris, veluti ingentes exuviae, Lu-
 tertiam affortata, eique Divo aedes suburbana extructa, quae
 nunc Germani est, anno Salut. 525. Amilins lib. 11.

Kennetus II. Scotorum rex, cujus patrem Alphinum Pi-
 cti occiderant cum maxima parte nobilium, & militum regi-
 ni, principes regionum convocatos hospicio & convivio
 dignatus est. Sequenti nocte in singula illorum cubicula,
 dum omnia siletent, singulos immittit homines, baculum
 manu dextra ex putri ligno, quod facis instar splendet in
 nebris, gestantes: veffe ex corio piscium non deliquamato,
 quod leviter illustratum noctu mirum in modum splendet,
 induti. Sinistra orti admovebant ingens bovis cornu, & per
 cornu boabant horrenda voce, Patendam esse regi, Pictos
 daturus penas scelerum, ne nuncios à Deo misos. Facile
 fuit somnolentis imponere, quem neque venientes, nec ab-
 euntes videre possent: nam vestem involvabant, dum abi-
 rent, & baculum abscondebant. Manè ubi ventum est ad
 consilium, quique narrat, quod vidisset audire. Rex G.
 motus, ne fabula prodiret in publicum, docet illi sibi artem
 visum, eosque admonere profanarum revelationes, celeste
 numen infensum reddant. Sic nemine fucum agnoscete,
 in bellum consentiunt, furtive evasit non minus, quam
 oraculo divino respondens: si quidem victi Picti semel, bis,
 terve, ad extremum delecti sunt à Scotis ad interfectionem.
 Cardan. de Re. var. lib. 15. c. 86. ex H. Boetii lib. 10.

Sardiniam & Corsicam à Saracenis jam inde à Caroli
 Magni temporibus occupatas cum Pontifice Romano acer-
 bissime ferret, proposito diplomate indulserat, ut qui eas
 occupasset, sibi haberet, dummodo Christianos sevo Sara-
 cenum imperio liberasset. Quo edicto incitati Pisani Sardi-
 niam, Genuentes Corsicam sub annum Sal. 1005. invadere-
 runt. Sig. lib. 8. regni Ital.

Gregorius VIII. Pp. ad sacram bellam ann. 1187. entu-
 bus, si in paenitentia peccatorum, & fide recta decesserint,
 plenam criminum indulgentiam, & vitam aeternam pollic-
 tus est. Bona quoque, ex quo Crucem adimplerant, sub S.
 R. Ecclesiae protectione erunt, Episcoporum atque Abbat-
 um in cujusque civitate fidei commendata: neque ipsi ul-
 lam interum de iis, quae in susceptione Crucis possederint,
 donec redierint, controversiam patiantur. Moniti vero, ne
 eant in vestibus preciosis, cum canibus, atque avibus, aut
 aliis, quae ostentationi potius & lasciviae, quam necessariis
 videantur usibus inservire, sed modo appurato & habitu,
 in quo poenitentiam potius agere, quam inanem affectare
 gloriam videantur. Sigon. lib. 15. regni Ital.

Greg. IX. cum pop. Rom. inclinaret ad Fridericum II. Imper.
 cerneret, Apostolorum Petri & Pauli capita cepit, & la-
 crymabili voce sanctorum reliquias populo commendans,
 ita omnium animos immutavit, ut qui antè rebelles atque
 hostes erant, contra Fridericum arma caperent. Euz. lib. 8.
 cap. 10. & Ebnar. l. 8. c. 10.

Eugenius III. occupata à Saracenis Edessa, Urbani exem-
 plo Crucem iterum sibi indicendam, ac totum Occidentem
 ad arma capiendam concitantum putavit: atque ita litteras ad
 omnes Reges super hac re misit, omnia dona pollicitus, quae
 ab Urbano concessa essent, his verbis: Bona, uxores, filios
 corum, qui Crucem susceperint, in sancta Ecclesia nostra,
 Ar-